



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

290. feria 4. de observantia amoris divini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

512 *Feria 4. Dom. 17. post Pentecost.*
tis proprijs, & alienis, magnis, & parvis, præ-
sentibus, præteritis, & futuris; quia Deo di-
splicent, & tam amabilis Gubernatoris le-
gem infringunt, ejusque voluntati contra-
dicunt. 6. Quà statuat firmiter omnia ejus
mandata custodire, consilia servare, inspi-
rationibus acquiescere, & omnes ad idem
adducere. 7. Quà subijcio voluntatem meam
divinæ in prosperis, & adversis, in tempore,
& æternitate, assurgamque, ut potero ad u-
niendum me Deo, summo, & æterno Bono, à
quo sum, ad quod tendo, in quo mea omnia,

MEDITATIO CCXC.

Feria 4. Domin. 17. post Pentecost.

De Observantia amoris divini.

Vldebo in manu Domini librum conti-
nentem Legis mandatum magnum, o-
mni melle dulcius, & omni suavitate suavius.
Petam hanc legem reponi inter ubera mea,
Conf. 1. Quomodo mihi legem amoris ser-
vandam proponat Deus, & se ipsum in præ-
mium promittat; quia, ut ait Augustinus
serm. 16. de Ver. Apost. *Omnino non me sa-
tiaret DEVS, nisi promitteret mihi se ipsum.*
Ideòque 1. diligam Dominum ex toto corde
meo, anteponendo eum omnibus donis ejus,
nullamque creaturam præter aut contra vo-
luntatem ejus amando, quæ ei displicent
abijcien-

Feria 4. Domin 17. post Pentecost. 513

abijciendo, quæ placent, amplectendo. 2. Diligam Dominum ex tota anima mea, vitam hanc illi consecrando, & omnes actiones animæ, in quantum corpus animat, ut manducare, dormire, propter ejus gloriam perficiendo. 3. Diligam Dominum ex tota mente, eam in templum, & habitaculum Deo offerendo, munditiem ejus expurgatione peccatorum, ornatum augmento gratiæ, tranquillitatem compositione inordinatorum affectuum curando, cognitione, & amore Deo inherendo. 4. Diligam Dominum ex omnibus viribus, omnes potentias animæ, membra corporis, dona, & talenta, ad gloriam DEI adhibendo. Memoriam vanis negando, sanctis cogitationibus pandendo. Intellectum aspectui DEI intra me manentis occupando, voluntatem ejus amore, imaginationem, affectus cordis, & sensus externos ab inutilibus abducendo. 5. Diligam ex tota virtute exercendo me ferventer in bonis operibus cum possibili diligentia, ac perfectione, ut diligentiam vanorum non æmuler, sed superem. 6. Diligam Dominum ex omni fortitudine, pro amore Dei omnia mundi, & me contemnendo, impedimentis virtutum, & perfectionis resistendo, vanorum opiniones negligendo, solum DEVM Dominum meum in omnibus respiciendo, & volun-

X. S. 1010

cof.
s, præ-
deo di-
ris le-
ontra-
ia ejus
in spi-
idem
meam
pore,
ad u-
ono, a
omnia,

cof.
onti-
n, o-
vius.
mea,
s fer-
præ-
linus
e san-
sum.
orde
ejus,
vo-
cent
en-

514 *Ferias. Dom. 17. post Pentecost.*
ate, si factu non licet, pro eo vitam
fundendo.

MEDITATIO CCXCI.

Feria 5. Domin. 17. post Pentecost.

De proprietatibus amoris Divini.

Aspiciam Dominum, ut amatorem ardentissimum, qui in manibus suis descripsit me, nec ad momentum obliviscitur mei, ut & ego ejus recorder. Petam agnoscere proprietates divini amoris, & assequi.

Conf. 1. Quomodo Dominus pro beneficijs, quæ immensa confert, solum amari desideret. In agendo nobiscum sui rationem non habebat, nam fatigatus in domum secedens, ita passus est a turba se occupari, ut non posset, neq; panem manducare; Marc. 3. Hanc charitatem docuit in bonis successibus, & malis; propter defectum charitatis vocat diabolum homicidam ab initio mundi. Joan 8. Ideo diligam eum 1. affectu cordis, omnem cogitationem, affectum, jucunditatem meam in illo collocando, non aliter, quam infans, cui dulce Matri adherere, molestum, vel ad momentum ab ea divelli.
2. Diligam eum amore operum, omnia agenda, & omittenda subijciendo ejus voluntati, opera quotidiana illi offerendo, & ad majora & perfectiora me extendendo, non
solis